Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs qvinti scena sexta

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

ACTVS QVINTI. SCENA SEXTA.

DA. Pamphilus vbi nam hic eſt? Pam. Daue. Da. quis nam homo eſt? Pam. ego ſum. Da. o Pamphile.

Pam. Neſcis, quid mihi obtigerit. Da. certe. ſed quid mihi obtigerit, ſcio.

Pam. Et quidem ego. Da. more hominum euenit, vt, quod ſim nactus mali,

Prius reſciſceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni.

Pam. Mea Glycerium ſuos parentes reperit. Da. o factum bene. Cha. hem.

Pam. Pater amicus ſummus nobis. Da. quis? Pã. Chremes. Da. narras probe.

Pam. Nec mora vlla eſt, quin eam vxorem ducam. Cha. num ille ſomniat,

Ea, quæ vigilans voluit? Pa. tum de puero Daue. D. ah, deſine.

Solus es quem diligunt dĳ. Ch. ſaluos ſum, ſi hæc vera ſunt.

Conloquar. Pam. quis eſt? Charine, in tempore ipſo mihi aduenis.

Ch. Bene factum. Pam. hem, audiſſetin? Cha. omnia. age, me in tuis ſecundis reſpice.

Tuus eſt nunc Chremes. facturum, quæ voles, ſcio eſſe omnia.

Pam. Memini. atque adeo longum eſt nos illum exſpectare, dum exeat.

Sequere hac me. intus apud Glycerium eſt nunc. tu Daue abi domum.

Propere. accerſe, hinc qui auferant eam. quid ſtas? quid ceſſas? Da. eo.

Ne expectetis, dum exeant huc. intus deſpondebitur.

Intus tranſigetur. ſi quid eſt, quod reſtet. plaudite.